





138

# IMMORTALI MEMORIÆ VIRI

*MAGNIFICI, SVMME REVERENDI,  
AMPLISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI*

DOMINI  
**THOMÆ ITTIGII,**

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS ET PROFESSORIS PUBLICI CELEBERRIMI, CONSISTORII ELECTORALIS ET DVCALIS ASSESSORIS DIGNISSIMI, CANONICI MISENENSIS GRAVISSIMI, PASTORIS AD S. NICOLAI VIGILANTISSIMI, ET DIOCESEOS LIPSIENSIS SUPERINTENDENTIS LONGE MERITISSIMI,

THEOLOGI CONSUMMATISSIMI,

PRÆCEPTORIS, FAVORIS AC PATRONI,  
NEG NON HOSPITIS QVONDAM SVI AMANTISSIMI  
ATQVE COLENDISSIMI

VLTIMVM HOC DEBITÆ PIETATIS ET OBSERVANTIE MONUMENTVM  
IPSO EXEQUARVM DIE XV. APRIL. A. d<sup>o</sup>cc. X.

CONSECRAVIT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS,  
SS. THEOL. BACCALLAVREVS,

---

LIPSIAE  
LITERIS JOH. CASP. MULLERI.



Ipsia, plange Virum, quem tota Ecclesia plangit,

Quem dolet immodicis illacrymando modis.

Plangite Pierides, fluibundaque lumen fletu,

Tristia namque jubent fata, rigate pio.

Plangite, docta cohors, tepidisque vacate querelis,  
Alma suo gremio quam Philurea fovet.

Plangite, quem Ligeris, Thamefis sinuosus & acris,  
Quemque legens Belgas luget obisse Mosa.

Occidit æternis quem dudum gloria scriptis  
Æternum statuit quem vetuitque mori;

Eheu! ITTIGIUS Venerabilis omnibus oris,  
Doctæ queis Doctis accumulantur opes.

Ille gravis Präfus sacræ columnenque Sionis,  
Gloria, Deliciae, Spes pia, dulce Decus.

Occidit exemplar priscorum nobile morum,  
Heu dolitura nimis secula futura vicem!

Eusebie verique tenax & nefcia fastus,  
Cana Patrum cana cum pietate fides:

Mens placidis adsueta modis, nec durior ulli,  
Dives & auxiliis consiliisque potens:

Ingenium Sophies divinæ dotibus amplum,  
Quas, nisi præsenti Numine, nullus habet:

Oraque Cecropiis labiis stillantia mella,  
Dogmata cum populo proposuere sacra;

Qua-

Qualibus insignis Byzantius, aureus ore      O mihi & joice  
    Polluit ille Pater, nomen ab arte trahens,      Progenie  
Qualibus eloquio Tertullius, inclita qualis      O lis & fons  
    Dicitur aut Libyci suada fuisse Senis:      Sutorum  
Malleus haeresium, contra quas ore tonabat,      LXXXVII  
    Discutiens calamo schismata vafra pio:      CARPZON  
Et scelerum terror, pietatis tutor & auctor,      Afl. spid.  
    Juris amor placidi, nequitiaeque pavor,      V. epi.  
Qualis in Iacidas *Jeremie* Zelus & ardor      A. amorem  
    Detonuit, saevum mente ferumque genus,      O  
Ænea quando illis adamanteque pectora duro      Amorem  
    Exprobrat, & Saxis asperiora Deus,  
Tot bona, quot tempus vix omne reducet in orbem,  
    Horula lethifero parva sopore rapit.  
Tot conduntur opes, pereunt tot funere in uno  
    Munera, queis seclum vix satis omne foret.  
Durius hoc, lacryma quam quod lenire queamus,  
    Et, nisi quod crescit, nil juvat illa, dolor,  
Tempora non aliter Te nostra dolentque gemuntque,  
    Ac Dominum *Eliam* flebat *Elisa* suum;  
Qui simul impositus rutilantibus igne quadrigis  
    Angelicos inter pergit ad astra choros,  
Heu mihi! quid misero solaminis, inquit *Elisa*,  
    Restat adhuc, Domino sic abeunte meo?  
Nilne movent miserae te tristia fata Sionis?  
    O Pater, o gentis currus equesque tuæ!  
Talibus orba suum prodens Ecclesia luctum  
    Adspicit ITTIGII pallida membra PATRIS,  
Quem sibi præ multis unum superefie Statorem  
    Gaudebat puri dogmatis atque Ducem.  
Quid mihi nunc fiet, cum Defensore carendum  
    Hoc est, quo gravior non fuit alter? ait.  
Ipse ego plango Patrem, (poterat quid amarius esse,  
    Quidve magis poterat me rapuisse mihi?)  
Imo Patris tenerum longe qui vicit amorem,  
    Hospitio facilem, consilioque gravem.

O mi-

O mihi si liceat porro venerabile pectus  
Prosequier, solitis devenerando modis!  
Orata si fuerint, haec cum sacra munera primum  
Susciperet, numeris edita vota piis:  
*LEHMANNVM seris exæqua vividus annis,*  
*CARPZOIVM firmis viribus alter age.\**  
Ast abiit. Sic fata volunt, fatumque Magister,  
Votaque successu proh! caruere suo.  
Attamen æquanimis obitum quid ferre moramur,  
Accidit ex votis qui precibusque Viri?  
*O mihi si liceat palatia pacis adire,*  
*Atque brevi sœcum pacis adesse tuæ!*  
Sic gerit ac optat NEVMANNI quando canebat  
Funera Theologi, Leucoris Alma, Tui.  
Euge, *Beate Pater*, licuit jam linquere mundum  
Euge datur placida Te quoque pace frui,  
Sabbatha *Judicio* sua quæ cognomina debent,  
Nuncia discessus grata fuere Tibi;  
Inclyla *Palmarum* merito nunc festa sequuntur,  
Tu quibus ad *palmas*, Splendide Victor, abis.  
Ergo nec in video requiem, neque dulcia JESU  
Oscula, queis vitam ducis agisque novam,  
Nec, superos inter celebras quos mille triumphos,  
Miles in hoc olim fortis & acer agro.  
Quin potius grator? coelestes grator honores,  
Quos Tibi constituit, præmia sancta, Deus.  
Ast mihi, quod credas, dum Spiritus hos reget artus,  
Non animo cedet suavis imago Tui,  
Non ingens desiderium: non blanda voluntas,  
Non affabilitas, sedulitasque Tua.  
Semper honos, nomenque Tuum, laudesque manebunt,  
Sed rivos claudio: Molliter ossa cubent!

\* Versus Germanici erant.  
Sey mutig/ sey glücklich in allen Geschäften/  
Sey LEHMANN an Jahren/ sey CARPZOW an Kräften.

78 M 496



TA-DO

K018

b7



# 138 IMMORTALI MEMORIÆ VIRI

*MAGNIFICI, SVMME REVERENDI,  
AMPLISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI*

DOMINI  
**THOMÆ ITTIGII,**

SS. THEOLOCIAE DOCTORIS ET PRO-  
FESSORIS CELEBERRIMI, CONSISTO-  
RII E DVCALIS ASSESSORIS DI-  
GNIS: MISENENSIS GRAVISSIMI,  
PASTORALI VIGILANTISSIMI, ET  
DICNSIS SVPERINTENDEN-  
MERITISSIMI,

**TH NSVMMATISSIMI,**

**PR VTORIS AC PATRONI,**

NONDAM SVI AMANTISSIMI  
COLENDISSIMI  
VLT S ET OBSERVANTIE MONIMENTVM  
IE XV. APRIL. A. cib Dec X.  
SECRAVIT

US REINECCIUS,  
BACCALLAVREVS,

PSIAE  
CASP. MULLERI.

